

Lectio XVIII. *Coniunctivus perfecti et plusquamperfecti. Consecutio temporum. Cum historicum.* Zdania pytajne zawisłe.

Rogo quid facias – Pytam, co robisz.

Rogo quid feceris – Pytam, co zrobiłeś (co zrobiłeś).

Rogabam quid faceres – Pytałem, co robisz.

Rogabam quid fecisses – Pytałem, co zrobiłeś (co zrobiłeś).

1. Quaerunt a me, ubi sit pecunia. (Cic.)
2. Fide, sed cui fidas, vide!
3. Ignoranti, quem portum petat, nullus suus ventus est. (Seneka)
4. Multi nesciunt quantam vim scientia habeat (quanta sit scientiae sit).
5. Quis est, quem non moveat clarissimis monumentis testata antiquitas? (Cyceron)
6. Querere a nobis soletis, quae vita deorum sit, quaeque ab iis degatur aetas (Cyceron)
7. Democritus optimis verbis causam explicat, cur ante lucem galli canant. (Cyceron)
8. Quid vesper ferat, incertum est.
9. Nescire quid ante nos homines egerint est in tenebris vivere.
10. Thales rogatus, quid esset difficile: "Se ipsum – inquit – noscere". Idem rogatus, quid esset facile: "Alterum – inquit – admonere".
11. Ego, quid sit futurum, nescio; quid fieri possit, scio. (Seneka)
12. Cum Caesar ad oppidum accessisset castraque ibi poneret, pueri mulieresque ex muro pacem ab Romanis petiverunt. (Cezar)
13. Epaminondas, cum vicisset Lacedaemonios apud Mantineam atque ipse gravi vulnere esse se videret, quaesivit, salvusne esset clipeus. (Cyceron)
14. Cum (...) legiones Fabianae duae flumen transissent, (...) subito vi ventorum et aquae magnitudine pons est interruptus et reliqua multitudo equitum interclusa. (Cezar)

DE DIOGENE

Diogenes Cynicus, Antisthenis philosophi discipulus, quarto ante aetatem nostram saeculo vixit. Antisthenem, Socratis illius discipulum, praeceptoris sui doctrinam de vita beata sola in virtute posita praedixisse tradunt. Diogenes tamen, cum Anthisthenis, magistri sui, doctrinam a factis alienam esse intellexisset, commoda vitae omnia abiecit, ut secundum naturam viveret. Multa de Diogene dicta iocosa narrari scimus:

Diogenes aliquando accensam lucernam manu tenens in foro ambulavit, cum dies esset. A civibus interrogatus, cur lucernam accendisset: „Hominem – inquit – quaero”.

Diogenes animadvertens quendam imperite iaculantem, proxime scopum consedit, et cum ex eo quaereretur, cur id fecisset: „Ne forte – inquit – ille me feriat”.

Cum Diogenes proici se iussisset inhumatum, amici philosophi illum rogaverunt, an bestias feras non timeret. Quibus Diogenes: "bacillum prope me ponetis, ut bestias abigere possim". Tum amici: "Quomodo bestias abigere poteris? nihil enim senties?" "Quid igitur – inquit philosophus – mihi oberunt nihil sentienti?"

Cum Diogenem interrogavisset aliquando vir quidam, quomodo posset punire virum malum, inimicum suum, "Si te ipsum – dixit philosophus – probum et honestum praestabis”.

DE CONCORDIA

Agricola senex cum mortem sibi adpropinquare sentiret, filios convocavit, quos, ut fieri solet, interdum discordare sciebat, et fascem virgularum adferri iubet. Quibus adlatis filios hortabatur ut hanc fascem frangerent. Quod cum facere non possent, distribuit singulis singulas virgas, eisque celeriter fractis, docuit illos quam firma res esset concordia quamque imbecillis discordia.

ĆWICZENIA:

Z podanych zdań pytających utwórz zdania pytajne zależne:

- a) Quid est animus?
Scisne
- b) Utrum dei casu mundum effecerunt an ratione et mente creaverunt?
Philosophi dubitabant
- c) Utrum ille erravit an vos in errorem induxit?
Non possum dicere
- d) Cur ille nihil facit?
Nemo sciebat
- e) Quis magis egregie de immortalitate animi disputavit quam Socrates?
Cicero interrogat
- f) Cur ego vivo? Cur non morior? Quid mihi est in vita boni?
Saepe quisque nostrum in animo rogat
- g) Utrum animus immortalis est an simul cum corpore interibit?
Est inter philosophos controversia